

B. N. C.
FIRENZE

1141

12



FRANCISCI
CAESARIS AVGVSTI
MVNIFICENTIA.

1. I. 7c

70.


1901.12.12

12049

VII

THYLE.

1921



ANTONII THYLESII
COSENTINI IM/
BER AVREVS
TRAGOE/
DIA.



Exemplar Presente
Libraria de ...
Lucomy di ...



FABVLÆ ARGVMENTVM.

Ogat Acrifius Argiuorū rex Nunciū, cū a Delphico
 r oraculo, quo illum is miserat, iam rediisset, quid sibi
 ex Apollinis sententia agendū sit de Danae filia iam
 nubili, cuius ducendæ in uxorem gratia flos Græciæ Argos
 cōtulerat. qui simulatq; accipit, se ab eo, quæ illa pareret, in/
 terfectū iri, a nūptiis abstinet, puellāq; in turri ferrea eius rei
 causā a Vulcano, & Cyclopibus tunc facta includit. at Iup/
 piter forma uirginis captus, in pluuiam aurēā mutatus illam
 uitat. quod cū rex cōperisset, filiā in arca lignea clausam in
 mare abiicit. ex hac igitur re Antonius Thylesius Cosentinus
 Tragœdiā, quæ Imber Aureus inscribitur, concinnauit. ubi
 metus sunt uarii, querele, fletus, mīna, atq; etiam pugnae, ca/
 desq; quæ omnia passim illustrata sunt sententiā, ac uerborū
 splendore, sic ut Tragœdia, quo genere poematis nihil gra/
 uius auditur, Latine uideatur eloqui non indecenter. puto nō
 iniucundū erit ingeniosis, & cruditis hominibus rem cogno/
 scere a Thylesio per ocium diligenter cōpositam.

LOQVVNTVR IN TRAGOEDIA.

Acrifius.

Nuncius.

Chorus ex Argiuis
 mulieribus.

Danae.

Nutrix.

Pyragmon.

Stropes.

Brontes.

Polyphemus.

Cyclopum turba.

Nuncius alter.

ANTONII THYLESII
IMBER AVREVS.

ACTVS PRIMVS.

*Percontatur Acrisius Nuncium, cū is ex Apollinis Delpbici fano rediisset.
auditq; Rex oraculo valde queritur. Iambici Senarii Arabilochii.*

Acrisius. Nuncius.

Acr. Andem reuersus ades. age, hic renuncia,
t Tacitus alibi, fidusq; quod scis, nesciens,
Nuptum dari cui Pythius natam iubet,

Solus supremi conscius semper Iouis?

Adest frequens parata ferro cernere
Iam iam iuuentus nuptias Achaica.

Cordi nec est prae caeteris quisq; mihi.

Par est in omnibus uigor, seu cursibus
Certant leues superare Lyncas per nemus,

Acriuagas seu spiculis sternunt aues,
Ipsiq; nubibus petunt praedam aucupes,

Puluere libet uel equos agere celeripedes.

Nec regium nulli uetus claret genus.

Actas quoq; eadem uix genas uestit noua.

Vnum uelut uellere uelit uirentibus

Siquis Rosarii puer florem, ambigit

Potissimum sibi legat quem ex omnibus,

Ita unus ad se quisq; flos dextram rapit,

*Cernere nuptias
ferro. pro nuptiis
dimicare.*

*Heroica iuueno
tuus studia.*

Acriuages

Celeripedes.

Claret. clarū est.

*Carmen, in quo
uoces ab eadem
littera oēs incis
piūt. qđ ueteres
poetę amabant.*

Sic me procorum turba diuersum trahit,
Generum mihi nunc maxime quem seligam.

Sequar te Apollo non minus mortalium
Obscura, clara, uoce qui reddis tua,
Quam noctis umbras pellis adducens diem,
Cœcamq; radiis dissipas caliginem.

Nun. Vbi Delphicam Rex attigi Pytho, ultimus
Tot millium consulta flagitantium,
Primus redirem ut certior factus domum,

*Pythonis serpētis effi-
giē aureā Acrisius
Apollini misit dono.*

Pythona profero aurum. stupor omnium
Inuasit animos illico. ad cœlum manus
Tollunt. Deo tandem uideri munera
Digna, diademate teq; dignum prædicant.
Exhilarat aliquos nam sacerdotum quoq;
Auri nitor, mentem serenans nubilam.

*Succollare ē cernicē
oneri supponere. &
arguit rei pondus.*

His atq; succollantibus, gazæ decus,
Serpens reconditur intimis penetralibus.
Vixq; immolatis uictimis balantibus,
Iam Phœbas horrida furit, hæc ore intonans.

*Perseus is est Iouis,
& Danaes filius, qui
Mercurii talaribus
usur, ac cœsa Gorgo-
ne, hostes, ipsumq;
Acrisii cōmiserunt i
lapides. quibus iactis
Demalion olim hus
marū genus refecit.*

Quo te puer agis alipes cœlum petens?
Læuaq; gestas quid caput amictum anguibus?
At at, lapis fit, unde natum hominum est genus.
Auum sed heu cur impie extinguis nepos?

Sic fata, mentis expuit uecordiam.
Deferbuit ac omnis animi rabies feri.

Quare tibi Rex consule, monitus semel.
O for sui quem amat, uel esse cui potest

„ Carus, sibi uilis, uolens qui ultro occidit?

Acr. O uana spes, ubi senectæ iam grauis
 Quies uidebatur, necis terret metus.
 O quis reseruas me malis inimica Sors?
 Ut filia parenti pariat ingens nefas,
 Atq; impia nepos auum cædat manu,
 Vetulus ut onere bos iugi fessus diu
 Verbere cadit agricolæ imemoris ictus graui,
 Animamq; nõ meritâ emcritus edit gemens.

Nun., „ Vbi est malum uitæ, quis debet queri?

„ Gaudere potius, fugere quia potis est malum.

Acr. Auxi opibus iccirco, & triumphis regiam,
 Ut esset ante destinatum qui diem
 Scepbris potitus, præmio lætum daret?

Nun., „ Id equidem opinor esse lamentabile,

„ Es de quibus bene meritus, male cū merent.

Acr. Iam iam tui me nata miseret, quæ, uelut

Formosa circum uitis ulmos confitas
 Procul tuetur, nec habet, ut se subleuet,
 Iacens sed incomplexa humi sterilis senet,
 Eris uiri indiga, appetita plurimis
 Frustra, nec hæres imperii tanti puer
 Auita ludet ante blandus lumina,
 Sed hoc satius est, quam madere fletibus
 Cari parentis funere tristem tui,
 Cinere horridas quæ uellere sparsas comas,
 Niueumq; pectus tundere plangoribus.

Patere parenti.

*Iam iam miserans
 tis interiectio.*

Incomplexa.

Abremigare est, » Scopulosa qui uidet freta, nec abremigat
 ubi quis se remis » Flectens procul iter, naufragus merito interit.
 alicunde auertit. » Misericordiam fleas, qui nescius, pessum it, uix.
 Monitum fuisse Diis, satis erit iam mihi,
 Vitare, quod capiti malum impendet meo.

*Graviter affectus cum abisset Acrisius, secum loquitur
 Nuncius eiusdem generis carminibus.*

Nuncius solus.

Discessit, agitatam ut mare, animo fluctuans.
 Missos faciet omnes, opinor, nunc procos.
 Iam adsunt, ut illos uix locutos deserit.
 Præ cæteris & quem colit superis, pede
Segnipes Vulcanus. Adit ipse propro segnipedis adytum Dei.
 Iam cogitans aliquid statim excudet uaser.
Indormire causæ. Indormiet causæ nec is tantæ oscitans.
 » Alii cauere suctus haud se negliget.
 Quin, rem ut domi, forisq; gessit nauiter,
 Toto huc, ut aiunt, pectore incumbet, bruiq;
 Amolictur, quæ premunt onera animum.
 » Quiescere in utranq; aurem, id optimum arbitror.
 » Nihil anxii profunt opes, regnum nihil.
 Quo tanta res se uerterit, nouit Deus.
 Sospite utinam Acrisio in clyto, ac Danae, unica
Cyclopes, ut iam est in fabulis, Argina mœnia condiderunt. Spe regis, Argiuisq; ac urbis mœnibus,
 Valida Cycloporum conditis olim manu.

Qui nunc ratibus adsunt procul uecti cauis,
Celebrent ut indieta sacra Vulcanalia.

Iamq; est prope dies festus Argis, quo simul,
Sibi quisq; coniugium puellæ consequi
Ratus, in opibus omnes futuri erant proci.
Nunc ira mutat ora, pudor hinc æstuat
Repudii, Amor coquit hinc ferus præcordia.

Pudor repudii.

*Repudiati ab Acrisio Proci, cū minabūdi Argis discederēt, Chorus mulierū
pauideus Iunonem orat, urbem ipsi Deæ consecratam ab hostibus defendat.
Versus est eberecratius ad carmen illud. Passor heu quantus, unde ad finē
usq; cōstat ex Anapæstico, Choris et Tragicæ dignitati aptissimo.*

Chorus.

O germana mariti,
Fratris grataq; coniunx,
Cuius numine cœlum,
Terræq; tremit orbis,
Ipsi quem metuunt Dii;
Sedes defere olympi
Curru uecta per auras,
Non quo uersicolores
Vinctæ colla uolucres
Te per nubila uectant,
Vis siquando choreas
Inter læta uideri.
Cum te sanguine multo,

*Fæmones Iunonis
currum trahūti*

Multo & thure sacerdos
Lucos subter opacos
Cælo deuocat alto.
Nunc sed iunge frementes
Bello sæua quadrigas,
Tecta & casside crines
Hastam concute, semper
Hostis cæde fluentem.
Nanq; ex urbe iuuentus
Cedens sæua minatur,
Coniurata uetustos
Ferro diruere Argos.

Pauor heu quantus pectora turbat.

Horrent, uideo, rura sagittis,
Densus ut albet campus aristis.

Galeæ comantes.

Quassat galeas parsq; comantes,
Equitum turmæ celeresq; ruunt.

*Senium. cõtumes
liose a mulieribus
dictum est.*

Vnum qui pote senium tot manus

Iuuenum patriis pellere regnis

Incendia, cædesq; minantum?

Agedum, prohibe, dissiice, dissipa,

Notus ut Libycas tollit arenas,

Miscens nebulam pulueris atri,

Tua qui mœnia diripere uolunt,

Maxima Iuno.

ergo, id est, causa.

Vnius omnes uirginis ergo

Eandem miseræ aut mortem oppetimus,

Aut captiua trahimur rapidum
Per mare cunctos famulatum annos.
Nil commeruit tamen infelix,
Trahere una æuum infœcundum omne
Patris imperio iussa tyranni.

Decus heu frontis lumina nitida.
Heu coma, color & nix uelut, aut prior,
Comitata choris cum uenit, ipso
Ioue digna, tuus ni uir is esset.

Forſitan illis paſcere ocellis
Mauult, quam alios, ſe pater ipſe,
Sibi nec patitur uellier aula.

Improba nam quo non penetrat Venus?
Arabum Regis nata Cupidine
Capta nefando, palluit amens.
Tenebris cœcæ fretaq; noctis
Latus obtulit, heu, dira parenti.
Caluit tanto icur igne ſerum.

Sed quo celeri pede turba ruit?
Quid ſtupet omnis? tenuitq; gradus?
Libet ire ſimul, lachrymæ ore cadunt
Pariter cunctis, miſeramq; uocant.
Timeo quid ſit, temere neq; enim id.
Ibimus, & ſi nimis arcta uia eſt.

Sine, ego anteuſ paululo cam, rogo.
Iam iam perimor miſeram quo tu?
Quo me trudiſ? carbaſa deſere.

Dantes pulchritudo

*Myrrha amore pa-
rentis capta.*

*Mifera. Dantes intel-
ligit.*

*Sine. turbam rogat
Chorus, ſmittat ſibi
ulterius p̄gredi.
Iactantur mulieres
in turba.*

Venit exultans sonipes quantus.

*Age te aliquā e cos
mibus alloquitur.*

Age te huc propere, age te huc, cedo manum.

Bene sed, bene, iam euasimus, agite.

Via se amplior in campum laxat,

Huc, ubi regia tollitur, ingens.

Quo ruit omnis turba properiter.

Accedam prope cernere, quid id est.

*Sed pro. Rogatus ab
Acrio Vulcan' Tur
rim diuinitus cū Cy
clopius statim cons
flavit, ut loco ostens
detur, ubi Rex filiā
sine mora inclusit,
metuens ne sibi illam
dolo, aut ni abstus
lissent proci.*

Sed pro Iuppiter, unde repente.

Nata est ingens, altaq; moles,

Super aerias ferrea nubes?

Obdunt uectes limen aheneum

Septum immani cardine circum.

Caua uix Phœbi lumina tenuis

Recipit densis fixa clatris

Rara fenestra, quis auctor, & opifex

Opifex opis operosi.

Operis tanti fuit operosi?

Tacite applicuit bibulas omnis

Populus querculis uocibus aures.

Audire libet carcere questus

Quis tam uasto iactat inanes,

Et lamenta promit in auras

Gemitus tristes geminans miseriter.

ACTVS SECVNDVS.

*Deplorat calamitates suas Danae, cū a parēte i Turri Ferrea esset inclusa.
eāq; Nutrix cōsolatur. Tambici Senariū, extra decē Anapaesticos Stesichoo
rios, sēns et ipsos pedibus pcedentes, quoz; primus est, Pater o Superum.*

Dan. Quando meis Sors inuidet mortalium

Aures querelis,alloquar uos Cœlites.

» Qui templa quanuis celsa colitis olympia

» Auditis attamen pias propere preces.

» Latet abditum ac nullum penitus usq̄ nefas,

» Quin mille desuper oculis,quot sidera

» Noctis per atras frigidæ tenebras micant,

» Spectetis usq; sceleris ultro uindices.

Templa olympia

*Innumerabiles Deo-
rū oculi, quos illi sus-
citā boniū obseruā*

Ch. Sile, sile, ipsius uideor audire iam

Danaes misellæ uoculam lachrymabilem.

Dan. Sed heu quid infelix ego primum querar?

Primum aut fleam? Pater, o pater, me siccine

Nuptum dari? hos thalamos parari? has nuptias

Mihi celebrari? quod facinus ausa impium?

Nut. Corrupti ora lachrymis nitentia.

Regina felix nimis obiit, hæc non uidens.

Relicta in atrum hunc diem anus ego, uitā traho.

*Regina, mater Dæ-
naes.*

Dan. Scelestā nunquid hostibus patriam feris?

Patrisq; prodidi sacrum Regis caput?

Quondam uelut nefanda Nisi filia

Amore sæuo, & impotenti perditā,

Furtiua dempsit auream fato, comam.

Volitat pauida nunc unde sub nubes fuga

Lugubre resonans, sceleris heu nunq̄ immemor.

Tamen illa felix, ora quanuis mollia

*Scylla Niso parenti
capillum aureū sub-
duxit.*

Durata rostro prominent deformia,
Galea, unde Galeris Paruumq; plumea caput galea tegit.
ea dicitur genus auis Agricola siquidem, qua liber, uolucris uolat.
culic. Camposq; peragrans multiuaga uidet auis.
Agricola auis. Vbi nemus, ubi fontes, ubi Tempe uirent,
Mulinaga. Vbi flumina scatebris sonant caua frigidis
 Vbi mille quondam septa uirginibus fui
 Tibi cum sacra ferebam Proserpina, floream
Messeni metera. Metens apricis saltibus messem Dea.
 Quæ nunc memor quin gratiam referens, iubes
 Me regia natam domo, Styga transfuchi
 Seruitum in omne seruitutem æuam tibi?
 Ch. Audin? cupit mori, excutit lachrymas mihi.
 Dan. Iamq; mora nulla est, quin trabe sub hac ænea
Sic. Laqueo suspiria. Linquens cadauer pendulum, sic, horridam
 Soluta mortis munere: effugiam domum,
Ipsa Danae uult sibi Nouumq; carcerem, ipsa mihi niueum prius
esse Atropos. Vitale stamen, nunc nigrescens abstraham.
 Et quam uiri non abstulit lateri manus,
Pro lacertis, mariti. Ceruice zonam pro lacertis ambiam.
 Nut. Mors o mihi sera, his meas quin obseras
Fletibus, Danaes. Aures querelis? lumina his quin fletibus?
 Dan. Vale diu, memor uale, miseræ dolet
Sicui, aliquæ e pro- Sicui negatus forsitan Danaes torus.
cis significat. Vltusq; cæde lugubres tumulo notas.
Hymeneie tede. Valete cætus uosq; uirginci simul,
 Et quando tedas Dii uctant Hymeneias,

Quatite rogo manibus faces mihi funebres.

Hac gaudeat pompa genitor, ac praefixa.

Plangentis obstrepat querulus aures sonus

Nut. Rapuit, uide, zonā furens. Mea tu, quid hoc

Alumnas? quo te tantus impellit dolor?

Utro ut, nefas, mortem uelis tetram mori.

Dan. Sine, per ego Superos rogo, Nutrix sine.

Nut. Tuūne uiuens ut ego funus conspicer?

Dan. Tædet tueri, quod relictum est, aetheris.

Nut. Vulnere oculos heu tam graui series meos?

Dan. Mortis ego particeps cupio iam omnis mori.

Nut. Spargesq; semper fletibus aniles genas?

Dan. Animæ atq; reliquum corpore ægro expellere.

Nut. Tibi superstes egon? obis tu me prius,

Annis cadens puellula florentibus?

In hunc reseruant fata miseram me diem?

Munusq; id ego ut habeā mihi extremū iubes?

Dan. Quibus est acerbū uiuere, iis dulce est mori.

Nut. Vna semel aufert Mors, bona omnibus omnia,

Ut flumen impetu fata auulsa abripit.

Dan. Eademq; sentes uellit animis asperas.

Ut ignis imbre, morte sic dolor interit.

Quod si tuæ miseret, iuuas quin me? aut finis

Utro ire? ubi antelaboribus positus ferūt

Manes quiescere sedibus tandem piis,

Cbliuiosi prope uada sacra fluminis,

Viride nemus quæ Myrtis sepit comis,

*Praefixa. mulier, quæ
conducta plorat in
funere.*

*Meatu. amanti, est
hoc, et mulieribus,
praesertim trepidās
tibus accommodatū.
Mortē mori.*

Semper fletus.

Antelabores.

*Lethe fluminis obliu-
nia inducit.*

Fronoso opacans tegmine herbarum toros.
Nigrescit atris nunq̄ ibi aer nubibus,
Alternata nec nox eripit tenebris diem.

Heroidum tenet loca illa frequens chorus,
Lucos pererrans garrulos auium sono,
Iocq;, Ledaq;, Semelq;, Europaq;.
Honore quoq; dignæ Iouis amatorio
Electra flaua, Maiaq; soror candida.
Cupit animus quas uisere. est ubi regio
His consecrata, poeniteret quam loci?

Nut. » Rumpere uetat aliquem sibi uitam Deus.

» Nec parricidium graue est æque, ac suæ

» Siquis animæ non sustinens onus, abiicit.

Manet hunc alûna Tartari domus impia.

Deiecta terras subter imas, ardui

Vix quantum in auras ætheris polus eminet.

Quo despicit nunq̄ ipse, quin paueat procul,

Cunctis tremendus cæteroquin Iuppiter,

Nox atra tantis terret umbris, oraq;

Hiant figuris tam feris immania.

Pœnas quis omnes omniû fando explicet?

Hic sumit ora Tigridis, hic ululat lupus.

Parsmersa lamis grûnit usq; palustribus.

Pars tortuosos callida sibi fodit specus,

Caudata fugitans tricipitis rabiem feræ.

Crudeliter qui uixerint, quiq; improbe,

Qui nequiter, quiq; scelere instructi, ac dolo,

*Ceteroquin idē est,
quod aliqñ. utroq;
utitur Cicero.*

*Multi homines erūt
post mortem, aut Ti-
gres, aut Lupi, etiā
Sues, Vulpes etiā.*

Ch.

Has, luce ubi ætherea carent, pœnas luunt.

Nut. Nec unus angitur siti merfus lacu.
Cadauerofus vultur aut unum comest,
Euiscerat sed plurimis refecans iecur.
Gemunt anhelii sub onere plures graui.
Celeresq; turbinis modo, uinctum puer
Quem torquet, amento explicans, uersant rote.

” Nullum sed agit æque furor, ac illum, manus

” Sibi qui intulit. Noctiquerula uelut auis gemēs
Carmen sepulchretis canit lugubriter,
Sthenoboea replet questibus Ditis domum,
Iuuenem ausa mulier credulo nimium uiro
Deferre criminibus, malum, in fontem nouis.
Quam mox amor rediens, & insanus dolor
Claudere diem nodo merentem perpulit.

Nostris furor is arripiat animos hostibus.

In melius hæc alumna iam uertet Deus,
Sinet diu nec immerentes deprimi.

An non Lycaonis misera gemuit feris
Hirsuta uillis, tesqua peragrans aspera?
Quæ nunc supremo semper elucet polo,
Dubiosq; ducit nauitas mare per uagum.

Inachis & olim cernua, gerens cornua
Nili fluenta Dea prope colitur huberis.

Iamq; nisi fallor, augur en noua nuncio.
Teli, uides, ministra ineuitabilis,
Magni Iouis satelles ut fulua, ambiat

*Cōplures apud infēros
Tantali, Tiryi,
Sisyphi, Ixiones.
Cadauerofus.*

*Noctiquerula cuius
modi ē Bubo, aliæq;
aues lucifugæ.
Sepulchretū locus ē,
ubi multa uidetur se
pulebra. Stheno
boea cū falso Belleo
rophontē accusasset,
eāq; facti paritūsis
set, suspensio uisā fi
nit uoluntario.*

*Calisto Lycaonis fi
lia in Vrsam, deinde
in fidus mutata.*

*Io Inachi filia ab
Ægyptiis iter Deas
collocata.*

Conflata ferro tecta sublimis uolans?
 Haud temere adest. age mecū alūna, age dū Iouis
 Numen, age dū precare prece, mihi quā pius
 Vates reliquit natus ad uada Crathidis.
 Pineta tollit ubi sub auras ætheris,
 Passimq; fontibus scatens Sylva obstrepit,
 Ac mille gelidum fistulis recinit nemus.
 Hæc præstat Oenotriæ una syluis omnibus.

Crathis muros alluit
 Cosentisq; urbis antis
 quæssima, ac celestis
 berrima.
 SYLLA COSENTIS
 NA ceteris Italia
 syluis antecollit.

Dan. Video sacram Nutrix auem, uideo, Iouis.
 Et speculæ iniicit aliquid dudum mihi,
 Sed age, nouas auco preces audire, age.

Speculæ parus spei.
 Flautus uisus, et
 Cicero.

Nut. Pater o Superū, cœliq; potens sempernitidi,
 Radiis etenim micat interdium Apollinis ignei,
 Rutilatq; per atram sideribus noctem tremulis.
 Nequcūt uenti quas extinguere, pluuiæq; faces.
 Canere equis mortali te uoce potest Iuppiter?
 Immota moues qui terrarum pondera quatiens,
 Vada mobilis & pelagi cogis ueluti glaciem.
 Hominū tibi sit rogo gens curæ. uiden ut misere
 Vaga mille uiis, et rabundaq; semper fluitet,
 Corporis agitata laboribus, & curis animi?

Preces ad Iouem.
 Sempernitidus.

Mouere immota.

Cedo. da. Dan. Cedo sacrā mihi tabellā. Nut. age iam cape,
 Decollo quā primum tibi nunc pendulam
 Ceruice. nunq̄ ex quo data est, posui, meo
 Sed pectoti hæsit semper hæc mihi diu.

Decollare est aliqd e
 collo eximere. uetus
 uerbum.

Dan. Ediscā. Nut. humi sūmissa ter cane, ter manus
 Extolle. Dan. teneo. Nut. crede sed nil nō Iouē

Posse. minor hanc Deus faber si condidit
Repente malleis domum, maior potest
Eandem citius aut solvere igni tabidam,
Rapidis dare uel curis perustam fulmine,
Te sospite, olim disperiit ut mons triplex
Congestus, unde stulta gens Titania
Centipes adorta Cœlites bello fuit.

Centipes.

Dan. Ibo scorsum supplicatum nunc Ioui.
Sine teste nam magis rogantem audit Deus.

Queritur Chorus sibi frustra acupictam uestem, & ferta præparasse, ut exquisito insignis ornatu Danaes nuptiis celebraret. eaq; absentem alloquitur, Iambicum Euripidum tripes. cui syllaba adhaeret.

Chorus.

Modo Phrygios amictus,
Modo sutiles corollas
Serens mihi parabam.
Quibus implicata capillos
Myrrha madentes pingui
Tibi choros agitarem
Insignis, Acrisione.
Ne fronte uagus, & errans,
Dum uerso saltans orbem,
Solutus impediret
Me tortilis cincinnus.
Micantibusq; Loton

*Veste Phrygia nis
bil apud antiquos
speciosius.
Serēs. ex quo appel
latum est fertum.*

*Loton sonat. tibi
periphrasis.*

Meditari.

Digitis puer sonoram
Tibicen inflans aderat
Meditatus Hymenæum.
Nunc immerentem moerens
Abiecit, olim ut Pallas,
Liquentibus cum uidit
Speculis tumentes malas.

*Specula liquētia p
aquis posita, ubi se
Minerva inspexit
buccis distortis.*

*Querar & ego, ut
tibicen adulescēs.*

Querar & ego, querar te
Raptam mihi, tam læuo
Te carcere coerceri.

*Sipylus mons semp
lacrymosus.*

At ore semper udo,
Sipylus abundat usq;
Flebilibus ut mons undis.

Luscinia.

Inuolucres

At uoce semper tristi,
Quali sonans Aedon
Flet coniugem, aut inuolucres
Fœtus, inani extractos

*Vimine leni, caueā
significat. & respo
xit ad carcerē puo
ellæ.*

Nido, leuiq; clausos
Vimine tuens tabescit,
Circumq; uolitat frustra.
Ramo sedens mox ualles
Cauas replet querelis.

Sperare quod tamen audes,
Non irritum faxint Dii.

ACTVS TERTIVS.

Miratur Acrisius Turrim æneam a Vulcano uix rogato tam repente
 fuisse excitatam. Iambici Septenarij Aristophanii. Chorus semel, atq;
 iteq; paucis loquitur carmine eiusdẽ generis, sed ternario Anacreontio.
 Actio gratiaz; ad Vulcanum constat e Senario Hipponactico. Sciz̃on,
 id est claudicans dicitur. Et ideo accommodatissimus est Vulcano.
 redit deinde ad Septenarium.

Acrisius. Chorus.

Act. 33 Quid cogitare quispiam potest mortaliũ
 33 Ita arduũ, expediãt, uelint modo, qn supi illico?
 Et si hoc mihi infixũ hẽsit in animo semp meo,
 Rẽ nũc stupidus, ac uix mihi credẽs tãgo manu.
 Factum ne posteri putabũt, an fictũ hoc magis?
 Actasq; ueniens iam nouã autumabit fabulã,
 Quã mira præstat omnibus dubio reliqs pcul.
 Arcem rogauì, filia; ubi latebræ essent meq;
 Ut tuta ab insidiis procorq; & uiribus foret,
 Vulcanũ opificẽ ipm, omniũ unũ sollertissimũ.
 Ex q̃ eteni is Argiua Chalybe ex cõtuso mœnia
 Immania posuit, puer merito Iunonius
 In urbe matris æde colitur aureus sacra.
 Vbi uictimas furuas quot añis, fractis cruribus
 Ritu immolant solẽni ad ignes succinẽti pope.
 Quo transmigrat frequẽter Actnæis e rupibus,
 Celeriq; pede uenit ocius uolucris loripes.
 33 Vbiq; enim pie uocatus subito adest Deus.

Act. x. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

*Puer Iunonius. Vul
 canus Iunonis filius.
 Aureũ simulacrũ
 Vulcani.
 Vulcano pecudes
 claudẽ e sedebãtur.
 Pope uictimas fr̃
 riebant.
 Vulcanus Loripes
 uelocissimus.*

Vixq; ꝑcibus rogatus ingentē sonitū excitat.
Streperē oīa tonitu, inq; numerꝫ ictus audirier,
Omnisq; mugire procul alta cōuexa ætheris,
Incudibus gementibus, reboanti uerbere.

Dictoq; citius, ut imbrifera nubes extollitur
Repente, montis instar, æquoreis e fluctibus,
Ilicet oritur ingens cacumine Turris arduo
Ferreæ, uelut opere facta ad unguē tota fusili.
Remq; notat ipse litteratis omnem postibus,
Hæc esset ut cunctis nepotum nota sæculis.

*Fusile opus.
Litteratis. inscrip
tis. sic Plant.*

Vbi latet abdita uirginū Danae decus omniū,
Canibus ad ipsas excubantibus semper fores
Immanibus, semine satis ex illius, procax
Quē sensit olim adulter incestans Ditis torū.

*Semine ex illius.
Cerberus est is, q
Piribou lanauit.*

Euellat hæc sibi nunc manus minis supbiēs,
Vix dat' aditus ipsi, potest cetera qui Iuppiter.
Nūc gratulatū ibo, nihil post hac metuēs, Deo.
Ipsiq; mercedem merentibus reddam fabris.
» Nā nō pecunia Diis, ut hominibꝫ, animos capit.
Iāq; ingredior adytū, fauete linguis, dū loquor.

- Ch. » Nefas strepere sacris,
» Nefas fremere gradus
» Sistite. silete iam.
» Nostrum loquax nimis est
» Muliebri, ut aiunt, genus.
» Audite. Diis honor hic
» Debetur, & Regibus,

» Qui proximi sunt Diis.

1 cr. O nate Iunonis toro puer casto,
Ex omnibus, quot Iuppiter Deos scuit
Passim per orbem filios uagus spargens.
Ut esset alti seminarium Cœli,
Ac pullulans nouella glisceret proles
Translata terris in serena conuexa.
Iure unde maximi fores olympi hæres,
Stamen Ioui si sectile Atropos neret.

Vulcanus Iouis ex
Iunone filius, reliq
fratres e mulieris
bus nati.
Puer pro filio pos
nitur.

Tu primus ipsi incognitum patri fulmen,
Volans, trifulca cuspide fremens, igneum,
Excogitasse dicris, manus Cœli
Est ausa cū regnum aggredi Gigantæa.

Fulmen q, et quis
do Iuuenit.

Es assecutus unde nuptias natæ,
Longis fouet quæ noctibus fatigatum.
Te non Gradiui terruit furor sæui,
Quin inuolutus mille nexibus cœcis
Adulter annum pendulus daret pœnas.

Martis suspendi.

Tua mihi sed pace si licet fari,
Molitus es nunq̄ ullum opus, uel ingens, uel
Tutum, uel affabre, ac repente sic natum,
Ut quæ perennis est mæx domus natæ,
Nullis caduca sæculis, manens usq̄.

Quare tibi nunc plurimas ago grates,
Ac maximas, quin debiti reus uoti
Centum immolo iuueniculis patres iunctos,
Totidemq̄ temeti amphoras notæ Cressæ.

Notæ Cressæ id
est optime, ut i
uini Creticæ.

Tu honore tantū pascere, haud enim fas est,
Mutabile ut sit nectar his cruentatis
Obsoniis, ac pinguibus bene omentis.
Sit uisceratio hæc Cyclopibus, seq;
Ingurgitent, atq; hauriant cados uini.

Voca Cyclopas, aduēit fremitu turba strepēs,
Abiegnæ sylua tollitur uetus, densaq; uelut.
Nil est uocatore hic opus. quot accurrūt, dapes
Explere quæ tantos queunt; pauillulū quoq;
Est Liberi. Methymna non una his satis foret
Vinosa. comiter, benigneq; accipiam tamen.

*Methymnus æger
uino abundans.*

Satificat.

Ch.

- » Facit ipse sermo, ac uultus homini nō nūq̄ satis.
» Nihil exhilarat animum
» Aequæ, ac ubi Rex uidet
» Te lætus, & fatur,
» Quæ uis, libens, aures
» Hic mulcet hominum magis
» Conventus, ac Lyra.

*Reddit mercedem fabris ferrarius Acrisius. sitq; ebrius Polybemos
epoto uini folio. unde pugna inter eum exoritur, et Cyclopas. eiusdem
generis carmen Septenariū. Nec uero quicq̄ refert Polybēmū huc in-
duci ab Ulyse iā excoriatū, cū id aliquāto post Acrisiū accidisse poetæ
fuxerint. quis enim nescit tēpora præsertim in fabulis nō semp a poetis
custodiri? illoꝝ est hoc munus, qui annales scribūt, aut historiā. quā tñ
ipse Virgilius sic mutat, ut Aeneā multis sæculis, q̄ ipsa fuit, antiquios
rem hospitio excipiat Dido, Caribagine nondū condita. passimq; talia
apud Græcos, Latinosq; poetæ occurrant.*

Acrifius. Pyragmon. Steropēs.
Brontes. Polyphemus.

- Acr. Fabri Iouis, fociq; Vulcani, inuictū genus
Labore, de me plurimū meriti, ac regno meo.
Agite, capite uirtutibus tantis nunc præmia.
Ac gratiā præter, quā habebō semp maximā,
Pecuniāq; præter immensam, uestræ parem
Operæ, hilares lautis simul mensis discūbite.
Prius tamen talenta humi famuli diffundite.
Vtraq; largiter capite manu, quæ debeo.
Quid statis? Pyr. adsumus. pustus barbā, ut Acthiops,
Indusq; ego, uerso tenaciter dum forcipe
Fornacibus massam Chalybis ardētibus grauē.
- St. Quasi leue foret immanibus stridētes follibus
Haurire uentos, per uices atq; exprimere diu,
Quātū Aeolia uix efflat ipsa olim cōcaua domus.
- Br. Apagete. malleis grauibus incudes contudi,
Fractasq; liqui uerberibus assiduis, maximis,
Iastarq; iaculoꝝ ora, ac oculos feriebant mihi
Stricturæ anhelō. uiden adhuc uulnera ut appareāt?
- Acr. Quiescite, manete. fremere nihil opus. ē unde enim
Vestris quæ laboribus, quod est par, reddere,
Diis gratia, atq; opum omniū Summano diuiti.
Vestro tamen duci ante, ut est æquū, auro largius
Impertiā. nihil flagitans tacet, uirum ut decet.
Polypheme Cyclops, sinibus iā inde Siculis rate

Sumanus diuis
tiar. Den.

Abantis, ex quo natus
fuit Acrisius,
capitulum expressum
in numismate.

Abanti, ut Philippi
pater.

Cyclopion diminutivum
est.

Maronem nimum
Ulysses dedit Polyphemio.

Orion cum hostibus
filiam nupserat, atque
iccirco esset excoecatus,
oculos recepit
a Solis beneficio.

Qui uectus huc Neptuni ope celeriter ades, cape.
Percussa modo Abantis micat facie numismata.
Bis mille tibi funto. minus dimidio singuli
Vos capite. adeste simul. Pyragmon en tibi sacculum.
Tibi sacculum alteri accipe Brontes numero pare.
Steropes ubi est. St. adsum, Acr. alteri quoque tertium cape.
Viritem Abantaeos dabo quingenos ceteris.

St. Cyclopion patercule nihil opus posthac erit,
Obambulans ut quaerites uictum precario,
Lustransque tuguriola minutatim asses congeras.

Poly. Ego Rex tuae benignitati debeo satis.
Inustus at dudum siti fauces uix queo loqui.
Voluensque, baiulansque ceruice, atque humeris trabes
Miser aereas, exuctus humore omnis arui

Acr. Solium ingere. exple. proluce spumanti te diu
Baccho. sed olfactito prius. Poly. papae. nectar supra.

Pyr. Odisse non adhuc uel ipsum nomen Liberi
Ut execrandum: es immemor Ithaci pater o Cyclops,
Cum, qui unicus uidebat, oculo emisti prodigus
Vnam Maronaei. fuge edoctus rursus malum.

Poly. Auertere quibus quaerit artibus cupas meri.
Sibi uult relinquere. absterret iccirco stultus catum.
Quid ais fatue? quasi poeniteat, aut faciam hili, nihil
Videre. lumen quin reluceret si iam mihi,

Ut patre fertur olim Orion eodem, quo ego, fatus,
Effossus utrumque oculum, iterum oculatus cernere,
Impenderem nunc denuo. nollemque abstemius

Fieri Argus. age iā uina transfundā ex hoc dolio
Licet pusillo in alueū. Quid hoc? uah nil dolet,
Viaq; longinquæ piget, laboris & nihil.
Iam addico me Rex nūc tibi totū, operā quoq; meā
Iugem, perennem, compede impeditum ferrea
Noctes, diesq; defatiga, hac me mercedula.

*Argus pastor
oculus.*

Quin cape, tuam tibi habe, libens reddo, pecuniam.
Diues satis etenim sum ego hac tantū re exuberās.

*Mercedula blan
diētis est hic, nō
cōtinentis.*

Ac. Num perco? pādīt ut ora toruus. adest, adest prope.
Poly. Audite sed uos, animū & aduertite. Nemo audeat

Parere non mihi, cicatrix etsi palpebram
Deformet ingens, cœcus ac Talpa cernam minus.
Heros ego Neptunius Rex Cœlitum Cyclops
E dico, stillam nemo delibet liguriens
Laticis mei, quin hinc facessite, & sicui sitis
Molesta, parat is sibi alium. permitto hoc, ac sino
Benignus. hic Regem decet tantū, genitū & Deo.

*Polyphemus libes
ralitas in socios.*

Contemnat at si quis, manus sentiet is iam diu
Suetas cruore noxiorum spargi, atq; oblini.
Quid hic fremitus? adesset Alcides mihi cadum
Abducere, hoc ego fagino cōtra clauam scypho
Facerem alterā Excetra magis metueret belluam.
Cellis procul uinariis iners plebecula.

*Excetra. Hydra
dicitur Græc.
Multos Cyclopū
Polyphemus iter
ficit.*

Quis hic? bibe hoc pus. et tu hoc. teneo iā improbū.
Obtortus ibis nunc gula poturus Stygis aquā.
Pro foribus astabo, sinam nec Liberi sacram
Aedē p̄fanus penetret hanc quisq;. Thyrso huc ades

*Pro foribus. cellę
uinarię, quā Bac
chi eadē appellat
Cyclops.*

*Polyphemus Bac
cibi sacerdos sum
mus, ac solus.*

*Bibulū Cyclopem
Polyphemus pes
de pressim exas
nimus.*

Armatus o Bromie, Bromie. tuūq; maximum,
Atq; unicum adiuua sacerdotem contra ebrios.

Irudo uini quo scelestā repis per pedes

Illapsa medios: morere sitiens, oppressam obtero.

Circum crepat lagena multa aures iacta undiq;

Frustra. nihil mouebor hinc. ipsis neci datis,

Iactisq; consternam cateruatim reliqua agmina:

Cunctisq; deletis, dabitur illico Danae mihi

Lepidissima omniū, omnium longe ualidissimo,

Reliquis repudiatis procis catamitis improbis.

Ego Regius gener, ego iam sceptro, ac diademate

Insignis, ego iam diuiti successor Regiæ,

Ego Acrisii opum legitimus haeres. quid pessimi

Inuaditis aliena: io Argiui accurrite simul,

Adeste Regi, ac improbos bibaces, in fugam

Verfos sequimini, caedite, trucidate, extinguite.

Br. Quid contumeliosius superbiloquentia

*Tria sunt in his
duobus carminibus
uerba hepta
syllaba stylo tras
gico apta.*

Tanta: uel esse mihi quid intolerabilius potest:

Quid tu Pyragmon: emori mauis miser simul

Cædi additus tot immerentium: uel ut decet

Fortem, bonūq; pellere iniuriam, & ultor tuæ

Gentis, scelus dirū, ac nefandum tollere funditus?

P yr. Egon: æstuans acri dolore dudum cogito

Terrimam pestem modo excidere. diu, diu

Pertulimus immanē Tyranni feritatem horridi.

Age Steropes, Brontesq; circūsiliamus leues.

Iam malleis oportet his tempus petrupere

*Circūsiliamus.
qz aliqz omniū
lōze erat altissio
mus Polyphemus.*

Vtrūq; cōca frontis & refodere uulnera.
 Ut Robur ictum undiq; securibus, nūc cōcidet.
 Iam iam sequimini, tu latus laeuū, tu dexterum,
 Aduersa pulsabo ipse tempore eodē ora grauiter.
 Mōstrū pibit hominibus hodie inuisum omnibus,
 Vitaq; nunc mercabitur Lyxi munera.

*Vid non oculo,
 ut prius.*

Poly. Cōgredere iā minax, tonans uerbis tutus, pcul.
 Captum ore glutiam, uolabis uel sparsus diu
 Per nubila, fugax bella quid geris? sequar, sequar.
 Habeo, teneo, peristi, abit pro discerpta manu.
 Reliquit ori buccam, quin tandem cōminus
 Cōmitteris? lasciua circuit uulpecula
 Fugitans, statariamq; metuit pugnam callida.
 Tamen habuit, inane cape soliū inflictum tempori.
 Tuq; obliga uulnus, trahe, trahe humādū aliū pede.
 Haha ebrii unū sobriū tot pauitant, ut canes
 Leonis aggressus timent collatantes procul.

Pyr. Facite impetū, circūdate obsessum, & cōtundite.
 Malas, agite, findite feras, toruas findite genas.
 Rictu excutite molas cruento exertas, horridas.
 Plagis sonent tempora nouis, cædite, sternite ferū,
 Inhospitalē, Anthropophagū, hoim, osorē, ac Dcū,
 Trucem suoꝝ uictimariū, Poly, ser opem pater
 Neptune, pereo iā miser, Pyr. Ditem potius uoca:
 Diti immolo, nigrisq; manibus atram belluam.

*Polyphemus den
 tes hēt exertos,
 ut aper.*

Tandē ruens uasto ferit pectore moles humū.
 Rugit cruentus animā agens, cadauer linquite

Pastum feris immanibus. uos sed discumbite
Vestram, illiusq; portionem potantes meri,
Ac Næniam mecum canite læti Cyclopeam.

Pyragmon, uelut praefixa, Polyphemū humi afflictum, atq; interceptū iocose alloquitur. Intercalares uersiculi bipedes sunt Anapestici. reliqui quadrupedes eiusdem generis, ut primi pars Chori.

Pyragmon. Turba Cyclopum.

Pyr. Age, surge Cyclops,

Positus quid humi,

Longus ut es, iaces?

Nares Polyphemi, & aures patulæ.

Fumant positis lancibus exta.

Patulis nec dum naribus afflant.

Aurita sonant pelues nec dum

Crepitantes, quod inter bibedū non nūq; fit a uinosis.

Crepitantes tua tempora circū.

Mecum rursus conclamate.

T.C. Age, surge Cyclops,

Positus quid humi,

Longus ut es, iaces?

Pyr. Nunquid longo fessus ludo

Reficis somno te sopitum?

Somno infelix heu lætali

Torpent, uideo, membra sepulta.

Altius iterum conclamemus.

T.C. Age, surge Cyclops,

Positus quid humi,

Longus ut es, iaces?

Pyr. Ergo posthac lætas nunq̄
Pastor ages ad saxa capellas
Dumosa uagus, nec resonabit
Per opacas caua fistula ualles,
Nullis unq̄ garrula sæclis.

T.C. Age, surge Cyclops,
Positus quid humi,
Longus ut es, iaces?

Pyr. Spargite dulci membra Lyæo.
Glaucus ut olim gramine tactus,
Rediuius erit sparsus Iaccho.
Metuo tamen heu, metuo, ne mox
Epulas omnes sorbeat, & nos.

*Glaucus ab Aes
Kulapio in nitam
renouans.*

T.C. Age, surge Cyclops,
Positus quid humi,
Longus ut es, iaces?

Pyr. Frigidus orat transmissurus
Horrida Cyclops stagna phaeelo,
Frustra. molem non capit alueus.
Superis ergo pulsus, & Orco
Non admissus, nullibi eris miser.

T.C. Age, surge Cyclops,
Positus quid humi,
Longus ut es, iaces?

Examiniatus pauore cū se e turba Cyclopū iā Inter se ipsoſeuientium
cōſeſtim ſurripuiſſet Acrifius, ſecum loquitur Iambicis Senariis.

Acrifius ſolus.

Viuo ambulans: an ut ferunt, manes ſuis
Exire luridos ſepulchris, mortuus
Erro: ubi miſer ſum: obiine: uiuo ego iā, ſed heu
Comitum cohors ubi: periit omnis reor.
Hocine hominū Tellurem alere: pro Iuppiter.
Tumultuantibus meri propter cados,
Ac ſe intuentibus oculo minaciter
Toruo Cyclopum ducibus, exceſſi ocuis
Vix integer, uix compos animi, territus.
Nunq̄ cor æque inhorruit. ſanguis ſuper
Intra coactus uiſcera obriguit gelu.
Nec adhuc metus parcit quaterre præcordia.
Quid heu ſi Iaccho feruidi, Lapithæ uelut,
Aggreſſi ahenam nunc domū, miſeram patri
Abducerent: non unus Argos Diſ tenet
Raptor puellarum. metuere tunc ſinam
Demum, cita rate cū reuectos audiam
Aetnam reueniſſe uſq; uel mari obrutos
Periſſe, ſquāmigeris pecudibus pabulum,
Mergitq; edacibus pelagi uolantibus.

Lapithæ ebrii in
puellas nim ſecero
runt.
Pluto Proſerpinā
rapuit.

Pelagi uolans.

Ostendit Chorus nōnūq̄ in eos potissimū Fortunā sequere, quibus maxime fuerit benigna. Trochaicū Euripidiū e tribus cōstās pedibus, et syllaba.

Chorus.

» Ut nihil lætum diu,
» Dii fidem uestram, manet.
» Quin beat quem Sors magis,
» Quem parem Superis uelit,
» Hunc repente, turbinis
» More furentis, turbida
» Sæpe correptum opprimit.
» Quem pupugit nunq̄, ueniens
» Scindit hunc grauius dolor,
Indomitus uelut equuleus,
Cum foditur stimulis nouis,
Insolens ferociter
Tollitur exultim solo.
Vidit Acrisio hoc nihil
Lætius unq̄ Sol, terens
Volucris cœlum rotis,
Vnde hominum tuens, refert
Cuncta Ioui, isq̄ Aegide notat,
Quicquid agunt, fantur, putant,
Oblinens atro uitium,
Rectum ac albo insigniens.
Nunc quot heu premitur malis,
Imminens fatum hinc sibi,

Que sūt ab ho-
minibus, scribit
ipse Iuppiter i co-
rio Amaltheæ ma-
trici carbone,
aut gypso.

Hostium hinc metuit minas,
Cœlibemq; flet unicam
Natam, ac orbatam domum.

Quin et, unde poposcit opem,
Nunc Cyclophas horridos
Effugit exanimis metu.

ACTVS QVARTVS.

Attonita secum loquitur Danae, cū e Turri, quo in pluviam auream mutatus penetraverat, Iuppiter euolasset. mox omnia Nutrici enarrat. Iambicū Euripidii ternarium addito semipede. deinde ad finem usq; carmen eiusdem generis, sed senarium.

Danae. Nutrix.

Dan. Quo fugit heu, quo fugit?
Elapsa manibus ut auis,
Abiit uolans. ubi quæram?
Nusq̄ heu uidetur, nusq̄.
Vigilans loquor? an illudit
Imago somniantem?
Age, excito iam me, atq;
Somnum excutio. iam cerno,
Tango, ambulo, audio me
Iam nunc loquentem. an fallor?
Nutrix age, mea Nutrix
Perii. Nut. quid est? Dan. quæ uidi.

Nut. Quid mea stupes? Dan. heu. Nut. fare.

Dan. Iam iam occidi. Nut. miseram me.

Quiesce alumna dulcis,
Quiesce. tingit quantus
Te pallor. eloqueredum;
Quid passa? Dan. Iuppiter. Nut. te
Mea sospitet. quid trepidas
Exterrita? quid horridula
Riget coma? quid hoc? cheu.

Dan. Hic ipse, Iuppiter ipse.
Deliquit animus. o quæ
Spectare contigit. uix,
Dum cogito, mihi uix
Credo. preces piæ a Diis

” Quid non queunt? Nut. exanimat
Pauidam mora. age dic tandem.

Dan. Iam cellulam, impedit pauor me proloqui,
Dicam attamen, pedem intulisset cū modo,
Supplexq; prospectans plagā extremi ætheris,
Sol unde currus excitat, relinquens mare.
Sacrifq; precibus, quas mihi Nutrix, beans
Me sponte tanto munere, dedisti, Iouem
Superum omniū longe supremū deuocans
Cælo, rogarem, opem mihi ferret Deus,
Noua feram, inaudita, fidem & exuperantia,
Pelago rosea nubes procul se sustulit,
Qua nulla hilarius pingit æra cœculum,

Supercum sua
petum.

Iris pluuiosa.

Pluuiosa non ipsa decus Iris nubium,
Aurora mater lucis aut ipsa ignea.
Ac uisa mihi magis, magisque accedere
Appulsa uentis leuibus, auis ut aduolat.
Mirata spectabam, nec id sine numine
Rebar, pependit ilicet prope culmina

*Cœrulea nescit
Græcæ mulieres
Induebatur i lino
Est, ut munc Das
nec, nullibi præ
terea æque lucet
aurâ, ac i colore
cœruleo.
Mica id quod sil
get in arena.*

Acria turris æræ cū immobilis.
Rapuit stupor tunc animū. & ecce ros sacra
Iam nube primū decidens sensim leuis,
Tenui uelut Cydonium lanugine
Pubescit, aut olus pruinis albicat,
Sparsit fenestra infusus aura, cœculam
Pallam colore lutco, mica ut nitet.

*Nut.
Dan.*

Quid hoc? fidē Dii uestrā, opemq; age loquere.
Crescit Imber diffiluens mox Aureus,
Illapsus undiq; penetransq; qua domus
Iunctura, qua diem inferunt spiracula.
Mentis mihi quid fuerit ibi tum cogita,
Concreta cū pars, grando ut aurea, crepitans

*IMBER AV
REVS.*

Resiliens, ut pila.

Circūq; resiliens peteret ultro sinum.
Obrigui, ac ipso auro magis tunc pallui.
Sed ubi animum tandem recepi perditum,
Munus rata deum, subdidi explicans sinus.
Aurumq; colludens, micansq; sedula,
Flauis sonansq; riuulis fluentibus
Ignara sponte condidi in gremium mihi.
Legens, ubiq; quod iacbat, protinus.

Nut. Sum nulla, inaudita audiens, sed quid super?

Dan. Sunt leuia nutrix, quæ locuta sum, præ iis
Quæ dicā. Nut. an ē qd mai? Dan. ausculta, audies.

Cœlestibus nam dum, memor adhuc me pauor
Terrificat, opibus gaudeo, tremulum, leue,
Fuluum intuens aurum, exilit subito euolans

Id omne, crederet quis hoc? pereunt opes,
Versusq; iuuenis astitit, nisi is Deus
Vetuisset, animula attonita abiisset metu.

Fuiq; uocem audire tunc uisa illico.

Danae, Danae, animo timores discute.

Adsum ego uocatus ipse Cœlo Iuppiter,
Qui templa olympi perstrepo caua fulmine.

Miseratus huc aduenio tibi opitularier.

Nut. Num somnians hæc ait? an audio somnians?

Dan. Sic fatus admoto fouens trepidam sinu,
Vtraq; mulsit os manu, animū ac reddidit.

Rursusq; cepit sic loqui. Mortalium

Indigna uirgo nuptiis, nubes Ioui.

Gestisq; puer ex te editus Solis domum

Vtranq; lustrabit stupendis aliger,

Armatus atq; manibus immortalium,

Sæuaq; cæsa Gorgone, hostium agmina,

Astricta glacie ut flumina, tenebit metu.

Est maximus, qui sustinet cœlum, senex,

Demit ubi Sol equis iugum leuipedibus,

Vnde Hesperus dux siderum exilit uadis.

*Perseus a Diis ipsis
armatus Medusâ
interfecit, unâ
etq; inter quos
Atlas fuit, et Acri-
sius, uertit in las-
pides.
Illustrare domum
Solis.
Equi Solis leuipede-
des.*

Claudens hic hospitio domum nato Iouis,
Monstri rigebit ore uiso territus.

*Homiris imago
Lapidea omnium
maxima.*

Eritq; terris se erigentem ad sidera
Vastam hominis effigiem uidere saxeam.
Aurum quoq; sed incautus interimet suum.

Hic faucibus dolore torpuit animus,
Cariq; resperfit oculos funus patris.

*Hoc eū fieret, ab
Acriso, ut iā diō
ectur, uisus ē Iup
piter, & Danae.
Perseus in caelum
sublatu.*

Solatus inquit, Proser hinc Danae caput;

Mecūq; suspice, ac locum ostendens ait.

Stellatus illic usq; fulgebit puer

Labore functus, te quoq; manent aspera.

*Danae in Latīū,
ubi Roma est gen
tū quondā dīa,
uēto delata regi
nupsit Pilūo, &
Ardeā cōdidit.*

Eiecta nāq; fluctibus patria procul,

Regis famula, dein uxor urbis arduæ

Longinqua pones mœnia, futurum est ubi

Regnum diu, populisq; multiloquis caput.

*Arduæ. nulla est
uox, quæ tā ppe
accedat ad nomē
Ardeæ.*

Hæc elocutus, iterum adhæsit applicans

Se collo, apis ut arguta confidit thymo,

Tenuiq; nectar murmure exhaurit legens,

Multiloqui.

Mox auolans oculis, reliquit spiculum

Desiderii, amorisq; Nutrix, iam nihil

*Auolās Iuppiter
reliq; spiculū, ut
ab apicula nō nū
quā fit.*

Dolet coerceri, quid ego uocis sonos,

Quid motū, & oris decus adoriar eloqui?

Nut. Lux unde modo sacra fulguraret, territa

Mirabar, unde tantus hic odor nouus

Late per omnem dulce spiraret domum.

*Mitella. Græcāq;
mulieq; ornatus.*

Sed quid? quid hoc alumna? residet adhuc nitor

Sparsus mitella, scobs ut aurea? Dan. exime,

Senſim exime, uide, ſed uide Nutrix tamen,
Roris, nefas, ne decidat aliquid ſacri.

Nut. Eburneam rape pyxidem, aut ex arculis
Aliquam, ſed exterge, bene eſt. ſerua, uides,
Auro præ it̄ q̄tū hoc, ſtupet quo hominū genus
Ornaberis diademate, id equidem auguror.
Abiens reliquit capite regium decus.

Dan. Quotidie cadem prece rogabo ſæpius.

Nut. Ita faciendū cenſeo. Dan. at quoties putas
Fas eſſe? Nut. ter. mane ſemel, iterum cū dies
Medium rotis cœlum terit ſeruentibus.
Dein ubi aderit nox, tertio, tunc maxime
Furtim reuiſere Superi terras amant.

Dan. Noctis mihi tempus quoq; gratiſſimū.
Duo ſed relinq̄a reliqua non ego tempora.
Quid ſæpius ſi deuocarē? Nut. haud fas foret.
Cœleſtibus etenim eſt numerus hic amabilis.

*Relinquere
reliqua.*

Dan. Animus tamen præſagit ingens nunc malū.

Nut. Expectora metum penitus omnem tibi.

Dan. Præſens ſcio iam poena Nutrix me manet.

Nut. Expue nefas alumna, melius ominans.

Dan. Plaudens cor intimū latus, cladem monet.

Nut. In te quis unq̄ quippiam Ioue præſide?

Dan. Quin ipſe nuncians metū iniecit Deus.

Nut. Aderit tibi, nec uſp̄iam linquet ſuam.

Dan. Patria carendum ſemper hei Nutrix mihi,

Nut., Vna eſt parens terra omnibus, ubi ubi fueris.

*Expectora-antio
quū eſt uerbum.*

Dan. Domoq; conitibusq; uidua æqualibus.
 Nut.,, Sæpe est ut exteri magis ament te tuis.
 Dan. Familiarier seruam heu genus me regium?
 Nut. Iam iam futura domina, nequicq̄ doles.
 Dan. Age, oscula, negata mihi post, da, dum licet,
 Nut. Tene ego sinam sine me ire, quo fatum iubet?
 Dan. Tu atq; memor alumnæ, ut usq; sis, precor,
 Nut. Nisi ipsa fuero comes, mori quid nūc moror?
 Sed cur metuis, extrema fortunauerit
 Tibi si Deus? quin etiā eū, atq; etiā roga.
 Dan.,, Secedam. in uno omnis mihi spes est Ioue.

*Canit Chorus quantum sit Amoris furor, eiusq; breuiter pingit
 formā, et ornatū. postremo eū rogat, mitis sit erga genus huius
 manū. Iambici sunt pleyici dimetri, aliqui deteriores.*

Chorus.

.. Quis te Cupido
 .. Non pauca, ipsum
 .. Facula liquefacis si Iouem;
 .. Imbremq; soluis in Aureum?
 .. Quam, ccu pusilla per nemus
 .. Nocturna sciintillat uolans
 .. Lita uolucris caudam igneo
 .. Fulgore, lasciuus iacis
 .. Passim per orbem dissipans.
 .. Heu quanta surgunt

*Volucris pusilla,
 que uolū lucēs,
 Pygolāpis dicitur
 ab Aristotele.*

„ Incendia e paruo
 „ Ignis latentis semine,
 Nec est, cui semel hæserit,
 Ut excutiat ardorem.
 Sed, sicut oestro percitus,
 Errat furens.
 Nemo tamen non appetens
 Vltro uritur,
 Es dulcis adeo puer.
 Nam sponte quis nõ aduolet
 Amore sauo saucius,
 Quocũq; ducis persequens,
 Si te semel conspexerit,
 Os purpura uelut illitum,
 Auroq; fulgentem comas,
 Ac uice oculorum sidera
 Refixa cœlo, atq; insita
 Sub fronte, natus es ubi puer
 Alis decorus
 Tunc leui
 Sed nunq̃ inani cū phœtra,
 Ardent ubi tot spicula,
 Niucis rubent
 Plumæ quot humeris tibi leues,
 Oras per orbis ultimas
 Sparsisti amores seminans,
 Vnde omnia edita germinant.

Amor oculos, lo
 co geminas habet
 stellas.

Quare fator rerum es puer,
Hominum parens, ac numinū;
In cœlo, in undis, in solo
Terrarum, amabilis,
Idemq; formidabilis,
Lenis modo, modo asper, fluens
Lepore, mœtore fluens.
Vt suggerit Apis cū fauos,
Eademq; figit uulnera.

Tibi nec satis regum domos
Rcuifere potentium,
Quin pauperum sub culmina
Furtim uolas.

Gregis unde curas abiicit
Flamma calefcens rusticus,
Siluisq; sub frondosis
Solatur ignes cantibus.

Cupido elos
quens.

Quid loquar, ut eloqueris
Dulcis per aures omnium?
Te intelligit gens barbara,
Te belluæ, uolucresq; uagæ.
Quæ simul adest uer floridum,
Tuosq; reditus sentiunt,
Prægestientes
Nitidum per aera tinniunt.

Sis o placidus, & amoue
Diros furores,

Suspendia, cruentas neces,
Lapsusq; præcipites, satis
Sint tibi querelæ,
Fletusq;, & iræ gaudiis
Permissæ amantium.

Sed cur in aurum liquitur

- » Nūc Iuppiter? an auro, ut fides,
- » Vt iura, uincitur
- » Quoq; pudor? Vtinam
- » Hoc mater unum
- » Tellus in auras
- » Nunq̄ extulisses malum.

ACTVS QVINTVS.

Exponit stebili uoce Nuncius, quibus fuerit modis extracta a Danae ab Acrisio e Turri, et in arcam ligneam coniecta, mas riq;, ac nentis comissa. Iambici sunt et hi, sed non unius modi. omnes Senario breuiiores. qui mox sequitur ad carmen illud. Infunda refers. unde ad exitum fabula Anapesticum est.

Nuncius. Chorus.

Nun. Mecum quis eheu
Collachrymet: humor
Haustus sed omnis
Reliquit arentes genas.
Dolor tamen animo grauis

Infixus hæret.

Ch. Quid heu malis? quid hoc?

Nun. Vidisse tantum,
Tantum nefas? Scythia nihil unquam
Iratu hostis tale.

Ch. Misere ut dolet. rogabo.

Nun. Eheu. Ch. quid? oro te. quid hoc? age, fare?

Nun. Immane, barbarum.

Pater hoc, pater?

O virgo. Ch. facinus quod tam atrox?

Nun. Quin execrandum nefas

Reiecit unda respiciens?

Sol ipse quin auctus

Refugit,

Vnde oritur occidens?

Ch. Exordies age loquere. Nun. loquar ego, loquar

Loqui infanda.

Infanda. Sæui carceris custos uelut,

Rex ipse lustrans parietes æneæ domus,

Cautus dolos ut hostium obsessus timet,

Aut pastor irrepentis insidias feræ,

Cum obstruit ouilis septa uaser obambulans,

Visus fuit uidere suspiciens procul

Caput uiri, Danaesque prolatum simul

Celsa e fenestra, quam plagæ comuniunt

Ferrea. pauor oculos puto sefellit senis.

Ch. ,, Vt sæpe multi somniant id, quod timent.

Nun. Frenit furens, spumas agit ac ore horridus,

Visus fuit tunc illos uidit Acrisius, cum Iuppiter Danae ostendit locum in caelo, ubi siturus esset Perseus. Plagæ ferrea.

Quin ipse tandem uictus euellit comam,
Barbamq; obortis humidam lachrymis senex,
Seseq; rapuit, ac domum Cyclopeam
Ingressus ipse, exhorret hostiles minas,
Ciuesq; natæ uindices metuit suos.
Utinam graues, utinam pares sceleri luat
Pœnas nefandus, quæ tamen sceleri pares?

Ch. Infanda refers. Nun. heu tamen acta.

Ch. Sæuus ne senex magis? infelix
An uirgo? Nun. nihil sæuius hoc est,
Nihil atq; infelicius illa.

Ch. Patris infelix filia sæui
Quo te miseram nunc maris æstus,
Adigunt quo te flamina uenti?
Vagus o utinam nauita rediens
Obuius esset. Phocas uel qui
Procul hinc captat, te nodosis
Appulsam maculis deferret,
Regemq; bearet
Insperata coniuge lætum.

Specula uelut aëria præceps
Incidit ipsis retibus olim
Britomartis, amantem Minoa
Dum fugit exanimata sequentem.
Ite per altum, ueligeras citi
Soluite puppes, scandite, pellite,
Verrite latis æquora tonsis.

*Phocas, uaticina-
tur hic Chorus.
Danae enim a pi-
scatoribus capta,
dono data è Re-
gi, eiq; nupsit.*

*Britomartis Iouis
& Charmes filia
Minoem fugiens,
i retia, quæ forte
a piscatoribus ten-
ta erāt, se proie-
cit, & a Diana
in Deaq; nome-
rum relata est.*

Quærite circum, sicubi forte
Eiecta uagis fluctibus errat
Sub opacis, heu, sola cauernis.
Aut immobilis inflicta uadis
Hæret breuibus, mortua nec dum
Ante diem tumulatur arena.

Amphitrite. Neptuni uxor.

Quod si te mouet Amphitrite
Sors immeritæ saxa puellæ,
Tangit si te regia proles,
Formosaq; cœtu comitari
Gaudes formoso, uenit en tuis
Virgo digna choreis.

Cadmeis. Ino Cadmi filia surrentem maritū cū fugeretur, si i mare precipitauit, & pro Dea est habitæ.

Non hac, nuper numina ponti
Inter quæ colitur, Cadmeis
Nitet ore magis, candida quâuis
Inter uirides luccat undas,
Micat ut cœlo luna sereno.

I Dea curru delata leui
Per mare labens, miserâq; leua.
Tamen, ut cūq; est, seu crudeli
Fato occidis, es seu cœlesti
Ope in æternum seruata decus,
Nobis luctus, nobisq; dolor,
Lachrymæ nobis, & querimonix
Vsq; relicta, funestabunt
Orbatam, te propter, uitam
Omne per æuum.

Ardetq; uelut ignis, senilis pupula.
Ait hæc rabie anhelans ferus uoce insuper.

Fossis, cuniculisq; subterraneus,
At at, habet arcem uix positã adulter, sequar,
Sequar ego refugientẽ sub umbras Tartari.

Dixit, diuq; circuit, an ullum foret
Extra cauum, ualloq; militum obsidet
Late loca, effugium esset ut nullum improbo.

Mox, ipse quã ferebat usq; ut ianitor,
Clauis referat adamantina paruas fores.
Ingressus, ut canis acer, indagat specum,
Obliuiosior nihil reputans senex

Clavis adamantina.

Ex arc solidasse sola solido Mulcibrem.
Nusq; ubi uidet quicq; daret quo se furor,
Natã aggreditur ipsam pater trepidã ferus.

Ch. Eheu p̄ natã? Nun. necet ut atrox. Ch. necet?
Se parricidio ut parens natę inquinet?
Danaen genitor? heu miserã. Nun. acutos ter suę

Parens parricida filie.

Admouit enses filiæ iugulo impius,
Ter destitit, cruenta atrocius nece
Iam moliens animo scelus. Ch. quod maius? heu.

Nun. Scẽũ, nefandũ. Ch. dic age. Nun. abreptã nouis
Danaen modis, nunq; meminit animus feri,
Nunq; miselle, quin cor absumat dolor,

Protraxit ad uada pelagi. Ch. genitam parens?

Nun. Arcamq; iussit pineam ilicet ingredi.

Ch. Quorsum? qd heu trux imperans? quid cogitans?

Nun. Manabat ore uirginis fletus miser,
Formata ut effigies niuea hominis fluit
Radiis liquefcens Solis ic̄ta flammis.

Toruūq; supplex tabidula patrē intuens,
Me ne, inquit, undis, mene miserā extinguer?
Ah te, perit mecū nisi Pietas, rogo,
Cafam tegat humus. sine, sine, moriens ego
Hoc grata munus auferam extremū patris.
Heu me furenter aspicit, igitur mari
Iactata scopulos inter infelix diu
Natabis efca piscibus Danae feris,
Fluitans uago difperfa membratim falo,
Dudū beata. Haud paffus ulterius queri
Natā ipfe ter Iouis uocantem numina
Breui aluco impactam pede in uada propulit.

Ch. Crudele, inauditum, nefarium scelus.

Nun. Et ecce sine nube in tonuit, atq; æquoris
Tranquillat undas uentus aspirans leuis,
Claufamq; littore abftulit in altum ferēs.

Ch. Io mifella. io puella regia
Sortita qualem lucis exitum occidis.

Nun. Ac uelut aquofa nube cū Sol abditur,
Cælumq; mugit triftite manans imbribus,
Sic nulla profpicitur ubi, lachrymabilis
Exoritur undiq; fremitus. Danaen nemus
Circum refultat confitum, Danaen cau. v

Nulla. pro non.

Rupes, pelagus omne Danaen, Danaen refert.

Nun. Ite, atq; alios sumite cultus,
 Passisq; comis iterate novos
 Questus, adductis liuescant
 Pectora palmis.
 Nunq̄ posita ex quo sunt tantæ
 Urbis micnia, tantus inæror
 Consternatam perculit urbem.

Ch. Iouis o Melpomene decus,
 Roseo uincta cothurno,
 Lyra cordi cui lugubris;
 Delatum hoc tibi munus
 Faxis perpetuum, rogo.

*Musam rogat
 Chorus, hanc
 uelit Tragoedia
 diu immortalis
 tati consecraret*

Impressum Venetiis opera Bernardini
 Vitalis Veneti mense Maio.
 M D XXIX.

CVM PRIVILEGIO:

1141.2
 99 962192

1447. 12

7

1447. 12
7

M D XXIX
Vixit Venerabilis
Fidelis

CVM PRIVILEGIO

MC

